

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum

Fecht, Johann

Francofurti et Spirae, 1684

VD17 VD17 3:315948Z

XL.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122751)

XXXIX.

Salutem in Christo Servatore plurimam.

DOlet mihi, & ex animo dolet, Reverende & clarissime vir, Domine, amice & frater exoptatissime, quod ne nunc quidem relaxato nuncio (de approbato Antapodomate &c.) exhilarare possim. Viderunt & legerunt id Domini Collegæ mei & ego. Commendavimus id Illustrissimo nostro de meliore nota. Ejus verò Celsitudo (ut est laboriosissima) ex *virtute* vult judicare, ac scriptum id (quod dudum prælo subjectum optarim) secum derinet adhuc. Fit enim in tanta negotiorum (quæ Celsitudinem ejus, ex Comitibus reversam cumulatim obruerunt) turba, ut de multis rebus tardius, quàm velit, statuere cogatur. Instabo autem rursus, idque, quoad in me erit, operam dabo unice, ut, si de approbatione constiterit, vel totum ad futuras nundinas prodeat antapadoma, vel certè principium ejus in proximè futuris nundinis conspiciatur.

Ad Præfationem & Dedicationem (cujus copias accepi) quod attinet, R. T. Dign. consilii sui justas & sufficientes habet rationes, cur nimirum Illustrissimo Duci Carolo Bipontino hunc ingenii & pietatis suæ factum inscribere voluerit. Ac erunt fortasse deinceps occasiones aliæ, quibus & NOSTER salutarî queat.

Quod reliquum est, R. T. D. cum familia honestissima, ac Reverendis Dominis Collegis prosperrimè agere exopto. Raptim Leobergâ, 20. Aug. Anno 94.

R. T. D.

amantissimus,

Andreas Osiander, D.



XL.

Gutes Gnad/ durch unsern Herrn und Heyland Christum / mit erpichtung unser freundlichen willigen Dienste zuvor / Ehrwürdiger / Hochgelehrter / günstiger lieber Herr und Freund. E. E. verruckter Tagen überschickte scriptum wider D. Christophorum Pesselium / haben wir / neben andern unsern vißfältigen Geschäften / abgelesen / und darauß E. E. Christlichen Eyser und Fleiß / die rheine Lehr erhalten zu helfen / und den adversariis zu widersprechen ic. zu gutter massen verspüret / wie wir uns auch solchen laborem unser theils gefallen lassen. Nachdem aber ohne unser Gnadigen Fürsten und Herrn zu Würtemberg / ic. gnädig vorwissen und consens / zu

Bbb bb 3

Zuwin

Zuwingen nichts dergleichen gedruckt werden solle/haben wirs wie billich In Fürstl. Gnaden unterthänig angebracht/es ist aber von derselben (weil sie iezo etlich Tag nit allhie) kein resolution an idiger Bevilligung erfolgt/ Derwegen/ weil wir crachten/ E. E. thuntens vileicht noch vor der herzunahenden Wech/ zu Franckfurt oder anderer Orten/sueglicher und fürderlicher als zu Zuwingen cracken lassen/ auch eben an heur der Vort/ so uns solch scripturn gelüfert/ wieder hiher kommen/ haben wirs E. E. bey ihme/ zu befürderung der Sach/ wiederumb übersenden wollen/ und seien E. E. wir zu angenehmen gefälligen Diensten jederzeit ganz willig und bereit/ uns alle in den gnedigen Schut und Schirm des Allmächtigen bevehlend. Datum Sturgart/ den 30. Augusti/ Anno 1594.

Fürstl. Württembergische Theologi des Consistorii daselbs

M. Johannes Magirus, Probst
zu Sturgart.

Lucas Oslander, D. Württembergischer Hof-Prediger.

Wilhelm Holder,

M. Felix Bidenbach/ mpria,



XLI.

Salutem in Christo Jesu Salvatore nostro unico. Reverende & clarissime Domine Doctor, amice & in Christo frater honorande.

QUOD meum sit de scripto Vestro Antipezeliano iudicium, ex prioribus meis ad R. T. datis literis constare arbitror. Idem mecum sentiunt Collegæ. Itaque exoptavimus omnes & operam (quod in nobis fuit) dedimus, ut apud nos excudi posset. Agnoscimus enim in te sanctum zelum pro domo Domini, atque singularem dexteritatem, nervos, & fundamenta firmissimè, quibus Pezelio os, si modo habeat, validissimè obstruitur. Sed quo fato fiat, quave temporum injuria, ut hactenus quidem editionis ejus apud nos facultas extorqueri non potuerit, ignoro. Hinc factum est, ut Domini Collegæ mei consultius esse existimaverint, scriptum hoc ad R. T. remittere, quam occasiones ejus adendi incertas diutius expectare, ut si fieri omninò posset, nundinis his instantibus, vel prima saltem folia, si totum absolvere non daretur, vel Argentorati, vel Francofurti per Johannem Spießium (qui requiritus